



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

X. Compositio coram extraordinario delegato facta, si non est iuri contraria, ab episcopo non debet irritari: sed census ob hanc absque auctoritate episcopi solutus, vitam soluentis non excedit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

CAP. IX. *Idem VVigornienſi epiſcopo.*
Pars capituli ; Meminimus.

Præterea illi qui epiſcopo ignorante , auctoritate ſua penſionem annuatim de eccleſiis, colluſione facta, ſoluunt aut recipiunt eas , perſonis defunctis, vbi ab his qui per epiſcopum vel per miniſtrum tales eius auctoritate inſtituendi perſonas habentes ius recipiendi canonem receperint, in receptione penſionis non ſunt aliquatenus audiendi, præſertim ſi pontificalem, aut alterius qui de iure id facere potuerit, auctoritatem & aſſenſum non conſtiterit interueniſſe. Non enim ſimplices ſacerdotes vel clerici poſſunt eccleſias quibus præſunt, auctoritate propria poſt deceſſum ſuum cenſuales efficere.

CAP. X. *Idem Carnotenſi epiſcopo.*
Pars capituli ; Nos in eminenti.

De cetero noueris, quod cum aliquis ad extraordinarium iudicem literis impetratis cum aduerſario ſuo forte componit, poſtmodum in eccleſia de qua agitur, ius aliquod habiturus, ſi compoſitio non eſt iuri contraria, non eſt ab loci epiſcopo hæc aliquatenus reprobanda : ſed cenſus abſque epiſcopali auctoritate & eccleſiæ cui præeſt, ſub hoc prætextu ſolutus, vitam eius qui ſoluerit, non excedit.

CAP. XI.

Idem Cantuarienſi archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis.

Ex frequentibus querelis perſonarum ſatis manifeſte didicimus, in partibus veſtris conſuetudinem prauam admodum & enormem, & ſanctorum patrum conſtitutionibus omnimodo contrariam, a multis retro temporibus inualuiſſe, quod videlicet clerici cæca cupiditate ducti, eccleſias & eccleſiaſtica beneficia ſine aſſenſu dioceſani epiſcopi vel officialium ſuorum, qui hoc de iure facere poſſunt, recipiunt, minus quam deceat ſolicite cogitantes, quomodo id a ſanctorum patrum conſtitutionibus eſt alienum, & eccleſiaſticæ contrarium honeſtati. Vnde cum tu frater archiepiſcope ex officio tibi commiſſæ ſolicitudinis tam iniquam conſuetudinem de prouincia tua velis, ſicut debes, radicitus extirpare, tam in clericos illos qui eccle-